

M A C Q U I N C O U R T

Maken-, Makin-, Machin-, Maquincourt, -cort

Non longe ab abbatia Montis Sti. Martini. Dioc. Cambrai, dép. Aisne, in Gallia.

Parthenon. Sorores abbatiae Montis Sti. Martini, primitus degentes in Bony, anno 1212 inde sunt translatae in MacquinCourt. Quando desierint, nescitur.

Archivalia et Litteraturam vide sub sequenti. Specialia: HUGO II 125, quem descripserunt WAEFELGHEM 157 et COTTINEAU 1734. Cf. MATTON *Dict. Top. Aisne* 160.

M O N T S T. M A R T I N B. M. V. (et Sti. Martini)

Boena, Bony, Boheni, Boani, Boeny, Mons Sti. Martini, Notre-Dame-du-Mont-St. Martin, Mont-St. Martin-les-Goi

Prope Le Catelet, cant. Gouy, in ipso origine Scaldis fluvii. Dép. de l'Aisne, Dioc. Cambrai, nunc Soissons, Gallia.

Abbatia insignis, primaria in circaria. Fundata est in Bony, sub invocatione B. M. V., et SS. Cassiani et Nicolai, a B. Garemberto, pro canonicis O. S. A. ad normam canoniae Sti. Auberti Cameracensis, anno 1118. Circa annum 1130 fit monasterium duplex. Soror fundatoris fit abbatissa

³⁰⁾ HAIGNERE, *Les Chartes de St. Bertin*, St. Omer, 1895, III nr. 3972. Proba bilius Fabri = Lefèvre sive DeSmet.

³¹⁾ DEMAY *Artois* 2678.

³²⁾ Nominati sunt a rege, sed possessionem non sunt adepti.



parthenonis. Anno 1134³³⁾) aggregata est abbatia Ordini Praemonstratensi, sub paternitate Sti. Martini Laudunensis. Abrogatur dignitas abbatisse, Garembertus abdicat, et translato coetu virili in Montem Sti. Martini, suscipit administrationem asceterii de Bony ad instar abbatis. Radulphus Strabo, qui ab obituario loci vocatur fundator, fuit benefactor tantum, sed et Capitulum Collegiatae Sti. Quintini titulum fundatoris sibi vindicavit. Mons Sti. Martini, qui exercuit paternitatem in abbatiam de Vermand, semper arcte fuit connexus cum Flandria, ubi habuit bona et ecclesias, et in cuius lingua multae chartae eius sunt redactae. Ecclesiae incorporatae: Stripen et Oudenhove prope Aalst, Soteghem, Grootenbergen, St. Géry, Erweteghem, Estrées, Ronsoy, Forenville, Verden, Vor-des, Savy, Monbrehain, Brancourt, Hautcourt, Gouy, Joncourt, Magny-la-Fosse, Bellenglise, Nauroy. Refugia habuit abbatia in St. Quentin, quod fuit insigne³⁴⁾, et in Cambrai. Saepius fuit destructa atque combusta, ita an. 1556, et tantopere in bellis an. 1635/64, ut plane derelicta fuerit a religiosis, an. 1690 inventa est vacua. Proventus pingues — ambae mensae coniunctim valuerunt 32000 Libras — excitaverunt cupiditatem, ideo an. 1556 cecidit in commendam, anno 1621 separatio mensarum est peracta, anno 1668 archiepiscopus Senonensis³⁵⁾ obtinuit unionem mensae abbatalis cum sede sua. Unio mensae conventionalis cum Collegio Parisiensi, quam machinatus est Abbas Generalis Colbert annis 1674/78, propter reclamations religiosorum non successit³⁶⁾. Prioratus simplex de Bony anno 1698 mensae conventionali est unitus. An. 1701 prior Laurentius Carbon introduxit reformationem, quae austerritate superavit illam quam induxit Lairuelz, et quae an. 1704 iterum est abrogata. Status personalis 1719: 15 can., 1766: 13, quorum 8 residebant, an. 1790: 11. An. 1725 demolitio quatuor turrium ecclesiae abbatalis³⁷⁾, anno 1741 eriguntur novae aedes claustrales in colle vicino. Constructio novae ecclesiae incipitur, sed nondum erat perfecta in actu suppressionis anno 1790. Antiqua abbatia juxta praedium partim extitit anno 1877, novae aedes in colle partim subsistunt usque hodie.

Archivalia: Arch. Dép. Aisne Laon H 1113/15, 1 cart., 13 reg., 48 fasc. (1456/1789, priora perierunt an. 1556) ex quibus perierunt in bello an. 1914/18 nr. 1121, 1124, 1126/28 et 1141. Superest magnum cartularium saec. XVIII — Ibid. Coll. Piette fasc. 343 — Cf. B, E Suppl. t. V, H 534 et Q — ArchNat

³³⁾ Cat. N II.

³⁴⁾ „Domus Montis Sti. Martini ad Bellas Portas“, Rue St. Jean.

³⁵⁾ Cuius redditus annui iam sufficienes fuerant dicendi: 84 000 Libr.!

³⁶⁾ Arch. Dep. Laon H 1113 f. 139.

³⁷⁾ Ibid. f. 136.

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Paris Sér. G 8, 641 — Arch. Dép. Nord, Lille Invent. chartarum (1 G 101/251, cf. NELIS), et Sér. B 445, 1497, 41 f. 156 (cf. ISAD Nord, 1939, et Rep. Num. H (1943) II 678 — BN Paris Cartularium saec. XIII (FL nr. 5478). Copia eiusdem an. 1740, ibid. nr. 9128 — Ibid. Coll. Baluze 74 f. 232, Coll. Moreau t. 83 p. 166, t. 84 p. 136, t. 96 p. 141, t. 99 p. 77, t. 114 p. 28, t. 122 p. 211 — BMun Nancy MS 992 (1759) 299 — BMun St. Quentin MS 215 (33) — BMun Soissons ,Coll. Périn III 1792, 1793.

Fontes et Litteratura: HUGO II 321, pr. 154/59 — WAEFELGHEM 173 — BEAUNIER BESSE VI 7 — BERLIERE *Coll. Pont.* cf. ind. — IDEM, *Inv. Cam.* cf. ind. — IDEM, *LOblSol* cf. ind. — CatMSSBDep XLIII — CHEVALIER 1982 — COLLIETTE III 449 — COTTINEAU 1897 — DARAS ANF 72 — DELISLE *CA PhilAug* 626, 1747 — DEMAY, *Flandre* 6779, 7123/27 — DUVIVIER *Actes Belg.* 484, item *Nlle. Sér.* 157, 214, 215 — de la FONS I 435/40, 454 — DUCHESNE pr. 351, 537 — *Form. Pr.* nr. 123 — *Gall. Chr. n.* III 192/95 — GOOVAERTS I 57, 104, 185, 314, 418, 478, 576, 633, IV 43, 62, 131, 208 — GRENIER 45, 472, 481 — GUERIN XIV 648 — ISAD *Pas de C.* III 164/76 — LECESTRE 46 — LEFEVRE Inv. C. S. C. Fr. 38 — *Lettr. Benoit XI* (ed. AVB) cf. ind. — *Lettr. Innoc. VI* 520 — LONGNON *Pouillés VI* cf. ind. — MATTON *Dict. Top. Aisne* 186 — PERIN II 175, III 46/47 — *Rec. Act. Clergé II* 54/70 — RODIERE cf. ind. — SANDERUS *Fl. Ill.* III 414/16 — STEIN 2009 — *Suppl. Innocent VI* (ed. AVB) cf. ind. — *Vita B. Garemberti* edd. LEPAIGE 473/75, DEVILLERS (Cambrai 1769), SANDERUS I. c. et I. v. SPILBEECK. Namur 1890 — CALONNE (cf. Dommartin) cf. ind. — Ch. GOMART, *Borne de juridiction de l'abbaye de Mont - St. Martin* (*Bull. Mon.* 1861, p. 369) — L. JADIN, *Réunion de l'Abbaye du M. St. M. à l'archeveché de Sens* (BIHBR XVI, 1935, 167/72) — NELIS, *Inventaire de chartes sous forme de rouleau intéressant la Flandre du XIII^e siècle*, ABMB II (1924) 97/102 — A. OGNIER, *Notice historique et statistique sur Gouy et Le Catelet*, St. Quentin 1863 — St. PRIOUX, *Notes archéologiques sur le Mont St. Martin* (*BSAr Soissons*, XVI, 1862) — *Chirographum Balduini Abbatis Sti. Quintini*, edd. MARTENE/DURAND, *Ampliss. Coll. I* 750/51 — ASEB LXVIII, 1925, 144/51 — BCRH Ind II 552.

Series abbatum (Gallia, aucta et emend. sec. Arch. Dép. Laon,
H 1113)

Garembertus 1134—37	Gerhardus de Hargival 1197
Oderannus 1137—40	Adam 1197—1209
Godescalcus 1142—50	Joannes 1210/17
Gillebertus 1151/74	Jacobus de Arras 1220/25
Herbertus 1174—96	G... 1225

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Aegidius 1228	Tristan Guillemier 1586/92
Ponsardus 1237/39	Antonius d'Estrées 1593?
Haymo ca. 1240/50	Bertrandus Leprevot 1602/22
Petrus 1264/72 ³⁸⁾)	Jacobus Lenormand 1628/33 res.
Nicolaus Bachier 1282	Petrus Payen 1661/63
Richerius (Richardus) 1283/91	Abhinc archiepiscopi de Sens:
Gobertus 1299/1307	Ludov. Henr. de Pardaillau de Goudrin 1668—74
Galterus 1310 ³⁹⁾)	Joannes de Montpezat de Carbon 1674—85
Nicolaus de Huareles 13 . . ⁴⁰⁾)	Harduin Fortin de la Hoguette 1685—1715
Petrus 1332	Dionys. Franc. Bouthillier de Chavigny 1718—30
Joannes de Montbrehain 1338/62	Joannes Jos. Languet de Gergy 1731—53
Laurentius 1436/45	Card. Paulus d'Albert de Luynes 1753—88
Joannes de l'Ecluse 1489/97 postea abb. Praemonst.)	Card. Stephanus Car. de Loménie de Brienne 1788—90 (simul abb. in Basse Fontaine)
Thomas de l'Ecluse 1513—24 (antea abb. Sti. Joannis Ambian.)	
Nicolaus de Lagrené 1524—40 (simul abbas Sti. Joannis Amb.)	
Matthaeus Canterel 1573/85	

P E T E G H E M

Pitineghem. Ad flumen Leie, prope Gandavum, in Belgio. Dioc. Cambrai, nunc Gent. Vitetur confusio cum asceterio Ord. Stae. Clarae in Peteghem prope Oudenaarde.

Parthenon. Fundatus est tamquam sectio feminea canoniae Saleghem (Drongen), anno 1137 a Simone Episcopo Tornacensi. Forsitan antea ad breve tempus ibi fuerant canonici Ordinis. Anno 1148, pars sororum tetendit in Cherscamp, de quo vide infra sub Tusschenbeek. Asceterium in Peteghem adhuc floruit anno 1197, sed paulo post annum 1200 videtur desissee.

Litteratura: Fontibus Ordinis est ignotum — M. de MEULEMESTER, *Een Norbertinessenklooster te Peteghem in de XIIe eeuw* (Jaarboek

³⁸⁾ RODIERE 483, DEMAY 7125. Probabiliter est ille Petrus, qui occurrit *Ob Praem.* I die 20. IX.

³⁹⁾ DARSY *Bénéf.* I 310.

⁴⁰⁾ RODIERE I. c. Non elucet, quo loco sit ponendus saec. XIV. Forte „Huareles“ — vox parum gallica — est corruptela pro Bachier, de quo supra?

*van den Kunst- en Oudheidkundigen Kring Deinze 1941, cf. fusam recensionem
in Anal. Praem. XVII, 1941, 170/72) — Vide articulos eiusdem auctoris de
asceterio Tusschenbeek.*

T H E R O U A N N E Stus. Augustinus

Sanctus-, Beatus Augustinus Tervanensis, -Taruanensis, Morinensis, Eccl. Sti. Augustini juxta Morinum, Saint Augustin encosté Terewane, Saint-Augustin-lez-Théroenne. Flandrice: Terwaan vel Terenburg.

In com. Clarques, non longe ab oppido Thérouanne versus austrum, in regione antiquitus dicta Morinia. Dép. Pas de Calais, Gallia (ante finem saec. XII Comitat. Flandriæ). Dioc. Thérouanne, post cuius extictionem an. 1559 St. Omer, nunc Arras.

Abbatia praeclara. Fundata est, ut fertur, anno 544 in honorem Sti. Martini a Radegunde regina Francorum, pro monachis vel pro canonicis. Saeculo IX a Normannis diruta est. B. Milo, episcopus loci, anno 1131 hanc domum reconstruit in honorem Sti. Augustini, pro Ordine nostro. Filia Sti. Petri Selincourtensis, ab anno 1164 sub paternitate Sti. Nicolai Furnensis. Confirmatio pontificia an. 1147. Moniales occurunt in obituario Furnensi, sed de sorte earum nihil scitur, nec de loco, quo forte sunt translatae post annum 1140. Ecclesiae incorporatae: Nielles-lez-Thérouanne, Coquelles, Bayenghem-lez-Eperlecques, Rincq, Glominghem, Stavele, Winnezeele, Rebécques, Morbecque et praepositura Proven⁴¹⁾. Annis 1163, 1553 et 1614 devastata et combusta. Abbatia ditissima (proventus: 16431 Libr.) semper fuit regularis. Annis 1553/59 conventus degit in Proven, ab anno 1614 per aliquot tempus in refugio suo in St. Omer. Anno 1766: 24 canonici, quorum 17 residebant. Ecclesia abbatialis, in stylo romanico, ob thesauros et reliquias praeclara, post suppressionem anno 1791, una cum claustro, solo est aequata. Hodie est praedium, subsistunt magnus murus cinctoriis, pars domus abbatialis et aliquae aliae aedes nullius momenti.

Archivalia: Ea quae supererant Atrebati in Arch. Dép. Pas de Calais (1 reg. 2 fasc. XVI/XVIII saec.) combusta sunt anno 1915. Extant duo cartularia, unum saec. XIII (150 chartae) in Bibl. Roy. Bruxelles MS II 1572 (cf. v. d. GHEYN VI 467), alterum saec. XV (1379/1486) in BMun St. Omer MS 572. Chronicon abbatiae auct. M. BONVARLET, et Catalogus abbatum (1719, 112 pp.) apud Bibl. Soc. Ant. Morinie St. Omer. — Delineatio abbatiae 1790: Arch. Dép. Arras, plan 68 — Ibidem Inventarium Chartar. Sti. Augu-

⁴¹⁾ Acquisita anno 1220, generatim vocabatur Roesbrugge, sive Proven (Pont-Rohardi). Sita erat prope Ypras in Belgio. Ab initio videtur fuisse administrata ab uno tantum canonico. (HUGO I 225, LEFEVRE CSCFr 32).

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

stini, Sér. II L, Distr. de St. Omer — Ibid. Sér. ¹B 158, 425, 682, 740, ¹C 259, 279, 389, 568, 695 (Originalia combusta sunt) — Coll. Rodière MS 192 — Arch. Dép. Nord Lille Sér. B (cf. ISAD 6939) 478, 490, 356, 1485, Rép. Numér. (1921) p. 155 — Arch. Eeché Bruges MS 288 — Arch. Com. Aire-sur-la-Lys, bb (1 fasc. 1629/32) — BMun Nancy MS 992 (1749) f. 96/192 — BMun Douai MS 818, 45.

Fontes et Litteratura: HUGO I 223, pr. 130/44 — WAEFELGHEM 219 — BERLIERE *Coll. Pont.* cf. ind. 879 — IDEM, *Div. Camer.* nr. 84, 148, 275, 300, 311, 342, 371 — IDEM *Prov. Prael.* 1410/32, 445 — CatMSSBDep VI 467 — COTTINEAU 2601 — DEMAY *Artois* 2612, 2613, 2701 — IDEM *Flandre* 6798, 7179 — DENIFLE I 15/16 — DERAMECOURT IV 586 — *Dict. Top. P. de Cal.* 339 — DUBRULLE *Bull. Prov. Reims* cf. ind. — DUCHESNE p. 262, 272, 289, pr. 149 — *Epig. du P. de Cal.* II 290, V 50, 621, 642, VIII 919 — *Form. Pr.* nr. 89, 91, 100/02, 107, 114, 234, 277, 309 — *Gall. Chr. Vet.* IV 111, N. V. 539 — GAZET 290 — GOOVAERTS I 103, II 399, III 191, IV 98, 325 — GOUSSET II 299, 389 — GRENIER 6 — JAFFE 9161, 11859, 14575, 16449 — LECESTRE 46 — LEFEVRE InvCSCFr 43 — *Lettr. Ben. XI* (Ed. AVB) cf. ind. — *Lettr. com. Jean XXII* 17418, 24678, 57820, 62147 — LONGNON *Pouillés VI* cf. ind. — MALBRANCQ I 242, III 338, 363, 486, 520, 521, 556, 717 — MARTENE/DURAND *Voy. Litt.* I 181 — MIRAEUS/FOPPENS cf. ind. II ij, IV ij — POTTHAST 11448, 12087, 12700, 12907 — PRESSUTTI 2926, 4173 — RAMACKERS PUF 15, nr. 77, 170 — IDEM *Urk. Nancy* 130, 141, 143 — *Rég. Ben. XII* 933, 974, 5481 — Du TEMS IV 233 — SANDERUS *Flandr. Ill.* II 392 — STEIN 3314/15 — WITASSE ADPic 96 — O. BLEED, *Regestes des Evêques de Thérouanne, St. Omer* 1904 (permulta continent de abbatia, sed caret indice) — E. BROUETTE, *Le Cartulaire de St. Augustin-lès-Thérouanne et ses chartes contales inédites* (BSEtCambrai XLIII, 1950, pp. 15/22 et 1953, pp. 21/26) — IDEM, *Cartulaire de St. Augustin de Th., Inventaire analytique des chartes et documents* (BSAn Morinie XVIII, 1953, 97/154) — CALONNE (cf. Dommartin) cf. ind. — H. COPPIETERS, *Regestes de Philippe d'Alsace* (AnnSHArch. Gand VII, 1906/07, pp. 20, 71, 75) — B. DARD, *Bibliographie historique de l'Arrond. de St. Omer, St. O. 1887, 189/90* — J. d'HONDT, *Un acte inconnu de Philippe Auguste pour St. Augustin de Th. (Rev. Belge de Philol. et Hist.* XXIV, 1945, 170/71) — HAIGNERE/BLED, *Les chartes de St. Bertin, St. Omer 1895, I nr. 353, III nr. 1925* — G. De LOISNE, *Chronologie des abbés de St. Augustin de Th.* (BSEt. Cambrai VIII, 1906, 178/222) — H. NELIS, *Chartes inconnues de Philippe d'Alsace*, ASEB LXVIII (1925) 144/54 — J. De PAS, *Notes pour servir à la statistique féodale dans l'étendue de l'arrondissement actuel de St. Omer, 2 voll.*, MSAn Morinie 1921/24, et 1925/26, cf. ind. — H. PIERS, *L'Abbaye de St. A.-lez-Th., ibidem II* (1834) 199/204 — J. M. RICHARD, *Deux plans de Thérouanne* (BCP. de C. U 106. Delineatio an. 1544) — H. Van WERVEKE, *Het Bisdom Terwaan van den oorsprong tot het begin der veertiende eeuw*, Gent 1924. Cf. Anal. Praem, I 1925 222 — *Cartulaires de l'Eglise de Th.*, edd. Th. DUCHET et A. GIRY, St. Omer 1881 cf.

ind. — *Anal. Praem.* XXII (1946/47) 189 — *BSAnMorinie* IX (1897) 726/29,
 XII (1908) 400/01, XIII (1921) 614/15 — *MSAnMorinie* XVIII (1882/83) 240 —
 ASEB (Flandre Occ.) 2e sér. I 1843, 334 — *Scriptorium* V 1951, 116/17.
 Series abbatum (nisi aliter notetur, sec. De LOISNE, emend. sec.

BROUETTE)

Alelmus 1131—56 dep.	Adam 1348—62
Drogo 1152—63 dep.	Joannes de Vermans 1362—77 res. ⁴⁵⁾
(Ignotus) 1163—64 dep.	Joannes Rogier 1377—1411
Absalon 1164—77	Otho de Crocq 1411—44
Radulphus 1177—87	Joannes Robbe 1444—65
Gulielmus 1187—1206	Apollinaris 1466 ⁴⁶⁾
Guido 1206—18	Jacobus de Senninghem 1466—78
Aegidius 1218—21 (postea abb. Sti. Foillani)	Joannes Lippens 1478—86
Joannes de Lillers 1222—34 ⁴²⁾ res.	Christianus Dupuis 1486—97
Thomas 1234—40 ⁴³⁾	Nicasius Rhedys ⁴⁷⁾ 1497—1526
Godefridus 1240—51	Joannes Beaucherel 1526—42
Waltherus 1251—75	Robertus Picavet 1546—59
Jacobus de Frasques 1275—80	Benedictus Beaucherel 1559—69
Joannes de Witternesse 1280—1310	Michael Wallart 1569—71
Gerardus 1310—14 res.	Petrus Smet 1571
Balduinus Partit ⁴⁴⁾ 1314—32	Adrianus de Neuville 1572—96
Joannes de Rebrevue 1332—48 res.	Wilhelmus de La Haye 1596—99
	Balduinus Pauchet 1599—1602

⁴²⁾ BROUETTE econtra nuncupat hunc abbatem Aegidium de Lillers, 1227—40.

⁴³⁾ Necr. Furnense die 28a maii: Thomas quondam abbas Sti. Augustini. Nota saec. XVII apposita: „1203/19 praefuisse legitur“.

⁴⁴⁾ Sic est nomen eius secundum Necr. Furnense 2. IV.

⁴⁵⁾ Unus ex quatuor Joannibus, qui saec. XIV occurunt, debet esse idem ac „Magister Joannes de Castellione, can. Eccl. Praemonstr., quondam abbas Sti. Augustini Morinensis“, qui insertus est in ObPraem I die 10a sept. Forte est! Joannes de Vermans, qui pariter resignavit.

⁴⁶⁾ BERLIERE *LOblSol* nr. 1758/60. Nominatus fuit a Curia Romana, sed Jacobus canonice electus, praevaluit.

⁴⁷⁾ Sic secundum Necr. Furn. l. c. DE LOISNE habet „de Rhodes“, BROUETTE „Rhèdes“, HUGO „de Rediis“.

Jacobus Corbeau 1603—42	Emmanuel d'Auchy 1777—91, † 1807 ⁵¹⁾
Augustinus de Pary 1642—51	
Hugo Ducamp 1651—77	Inseri nequeunt:
Augustinus Willeron 1677—1708	Jacobus
Ferdinandus d'Auchy 1708—32 ⁴⁸⁾	(Necr. Tongerloo 24. VIII)
Claudius Stérin 1732—48 ⁴⁹⁾	Nicolaus
Hugo Bourdrel 1748—55 ⁵⁰⁾	(item)
Carolus Marche 1755—77 ⁵¹⁾	

T U S S C H E N B E E K St. Blasius

Monasterium de Lede, -Intertorrentinum, -intra amnes, -Tusschenbecanum
Cercamp, Cerscamp, Seruskamp, Tusschen-Beken
in com. Schellebelle, non longe ab Aalst, in Flandria Orientali, in Belgio.
Dioc. Cambrai, ab an. 1559 Gent.

Asceterium. Anno 1147/48, Robertus decanus de Schellebelle dedit ecclesiam suam de Cherscamp ad fundandum asceterium⁵²⁾, abbatiae Trunchiniensi quae collocavit ibi turbam sororum e parthenone Peteghem, de quo supra. Anno 1256, propter invasionem reptilium, ubique in aedibus repente pullulantium, conventus translatus est in Tusschenbeek. Praepositus erat insimul parochus de Cherscamp, priorissa fuit „Domina“ eiusdem loci, in cuius parochiam habuit jus patronatus. Abbas Trunchiniensis practice asceterium gubernavit, praepositus, qui erat ad nutum illius, pauca tantum habebat jura. Ecclesia definitiva consecrata est anno 1556. Capitulum Nationale Belgii anno 1572 commisit paternitatem asceterii abbatiae Ninivensi, quod fuit revocatum ab abate Generali J. Despruets biennio post. Anno 1578 a Calvinistis diruta est domus. Communitas se adunavit partim Gandavi, partim Alostae, anno demum 1599 reversa est ad sua. Anno 1590: 12 moniales. An. 1624 videtur habuisse scholam. Saec. XVII magnis laborabat aerumnis, et quia neque pater abbas potuit adiuvare, anno 1705 parthenon subditus est paternitati abbatis Grimbergensis, et transit ad circariam Brabantiae, quod a Capitulo Generali an. 1718 est sancitum. Abbates Grimbergenses exinde effi-

⁴⁸⁾ Arch. Dép. P. de Calais I B 24 fol. 884.

⁴⁹⁾ ibid. fol. 818.

⁵⁰⁾ ibid. fol. 872.

⁵¹⁾ ibid. I B 37 fol. 75.

⁵²⁾ Auctores quidam saeculi XVII, ut SANDERUS *Fl. III.* II 602, et MIRAEUS OHD III 47 attribuerunt fundationem Lauretae filiae Theodorici Comitis Alsacie, quod vero nullo modo probari potest.

caciter succurrerunt sororibus. Anno 1783 suppressus est parthenon. Tamen restorationis an. 1793 non successit. Aedificia, quae fuerant modesta, fere omnia sunt rasa.

Archivalia: 8 fasciculi diplomatum in AAG, obituarium saec. XVII/XVIII ibidem, alterum saec. XVI/XVII in Bibl. Bolland. Bruxellis. — RAG: 2 regista 1789/93 — Examina professionum AAMech — Delineatio monasterii MS 16823 BRB (cf. *Anal. Praem.* V 193) — Alia archiva consulenda cf. *Anal. Praem.* IV 30 —

Fontes et Litteratura: HUGO II 999 — WAEFELGHEM 301 — BROUWERS 238 — D'HOOP III 265 — SANDERUS *Fl. Ill.* III 246 — VALVEKENS *Uis. Can.* II 126 — IDEM in *Anal. Praem.* XXX 1954, 255 — N. De MEULEMEESTER, *Le monastère des Norbertines de T. (Ann. Cercle Archéol. Termonde* XVII, 1914, 1 et 2) — IDEM, eandem historiam asceterii succincte praebet in serie articulorum in *Anal. Praem.* IV (1928) 30/44, 242/65, 337/50; V (1929) 192/99, 306/19; VI (1930) 270/80 — BCRH Ind II 145, IV, VI 1296

Serieres præpositorum (Arch. Abb. Grimbergen)

Wedericus ca. 1173	Joannes Roeffens 1501—08
Ingelbertus ca. 1190	Adrianus Adriaens 1508—14
Lambertus 11..	Gerardus van den Bergen † 1528
Henricus Boers 1202	Ludovicus Cotthem † 1540
Wilhelmus 1229	Aegidius Baers † 1546
Franco † 1256	Arnoldus Brecht † 1556
Walterus 1259, † 1270	Vincentius Crops 1557—67 dep.
Robertus † 1300	Petrus Claes 1567—73
Cornelius Wulfs 1332	Joannes De Sadelere 1573—81
Norbertus van Assche † 1368	Aegidius Christiaens 1585—96
Joannes De Laet † 1372	Franciscus De Moor 1596—1605
Jacobus Rogiers † 1406	Franciscus De Knuyt 1605—22
Joannes Pirwake dep. an. 1417	Laurentius Goethals 1622—25
N. van den Abeele † 1448	Augustinus Morbesius 1625—26
Martinus de Gavere † 1473	Wilhelmus Gruninx 1626—37
Nicolaus Gheerts 1473—87	Wilhelmus De Stroopere 1637—38
Joannes Scorreels 1487—93	Georgius van Snick 1638—61
Rolandus Sanders 1493—1501 (postea abb. in Dieleghem)	Franciscus De Grave 1661—72
	Amandus Anné 1672—77

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Philippus Ronse 1678—82	Balthasar van den Elsken 1729—31
Claudius Steuperaert 1682—93 (postea abbas in Drongen)	Melchior Pennindcx 1731—53
Paulus Drosbeke 1693—1705	Bernardus Viron 1753—75
Wilhelmus Vos 1705—20	Bartholomaeus Heymans 1775—80
Siardus Cosijn 1720—29	Milo van Haelen 1780—90 (Petrus De Clerck 1790—1801)

V E R M A N D B. M. V. et St. Quirinus

Ver-, Vero-, Viromandua, -mandum, -mendum, -mensum, -mans
Oppidum prope St. Quentin, Dép. Aisne, Dioc. Noyon, nunc Soissons

Abbatia. In loco, quo secundum traditionem non satis probatam, fuerat sedes episcopalnis postea translata in Noyon, Rabodo episcopus Noviomensis fundavit ecclesiam collegiatam anno 1068, quae postea evasit canonica O. S. A. Anno 1144 Simon, eiusdem sedis episcopus, canonicis normam Praemonstratensium vi imposuit, et quidem sub paternitate Montis Sti. Martini. Toties in bellis est destructa haec domus, ut iam tempore abbatis Hugo, saeculo XVIII ineunte, vix superessent archiva, ideoque historia eius parum est nota. Possedit prioratum in Harchies, de quo supra, ecclesias parochiales Stae. Margaretae in Vermand, Holnond, Pontru, Castre et Retonville. Habuit etiam refugium in St. Quentin. Equites de Bohain, toparchae potentes illius regionis, sponte se subdiderunt dominio abbatus Viromanduensium, quibus homagium praestiterunt usque ad annum 1491. Anno 1607 fit commenda. Redditus annui: 4000 Librarum. Anno 1766 fuerunt ibi 8 religiosi, quorum sex residebant, cum uno novitio. In actu suppressionis an. 1790 in bibliotheca inventa sunt 2234 volumina. Communitas tunc erat 8 canonicorum, qui omnes declaraverunt se velle reverti in mundum. Vix aliquid de aedibus superest.

Archivalia: Fere nihil subsistit e medio aevo. Arch. Dép. Aisne, Laon: H 1107/12,5 fasc. et 1 reg. (216 doc. an. 1573/1789). Cf. ISAD Sér. B, C, E suppl. t. V; et Rép. Numér. I (1943) II 737, et Sér. Q — Coll. Piette, fasc. Vermand — Arch. Dép. Somme (Amiens) H 109/10. Ibid. 9 fasc. saec. XVII/XVIII, cf. Rép. Numér. Somme H

BN Paris: fragm. Cartularii saec. XIII (8 fol.) FL MS 11069 (publ. LECOCQ) — BMun Soissons Coll. Pépin I 3687, II 7548/51, 7554, III 6188 — BMun Nancy MS 992 (1764) 137, 459

Litteratura: HUGO II 1121 — IDEM SAM *Ep. Gerv.* 45 — WAEFELGHEM 311 — COLLIETTE II 449, 485 — COTTINEAU 3337 — DARAS 87 — DARSY, *Bénéf.* I 310 — DELISLE *CAPhil Aug* 2102 — DOUET D'ARCQ ISAN cf. ind. — DUVIVIER *Actes NS* 157 — De La FONS I 442 — *Form. Pr. nr.* 10, 67, 109 — *Gall. Chr.* IX 1139 — GOOVAERTS I 567, IV 82 — GOUSSET II 397 — LECESTRE 46 — MATTON *Dict. Top. Aisne* 287 — PERIN I 342, II 355/56, III 514/15 — STEIN 4070 — VALVEKENS *Chap. Gen. Despruets* cf. ind. — C. LECOCQ, *Histoire de l'Abbaye de U., St. Quentin* 1875 — E. LEMAIRE, *Archives anciennes de la Ville de St. Quentin*, St. Qu. 1888, I 49, 450, 451 — Ch. GOMART, *Etudes St. Quantinoises* I, St. Qu. 1844/51, p. 48 — CHEVALIER 3274.

Ser i e s a b b a t u m (nisi aliter notetur, sec. LECOCQ)

Joannes 1144—51 res.	Joannes de Luxembourg 1544/48
Gilbertus 1152—66	Nicolaus Dany 1569/75
Adam 1167/72	Claudius Novallery 1576—86
Gilbertus 1181/84	res. ⁵⁵⁾
Joannes 1193/1200	Franciscus Mosnier 1586—1607
Gulielmus de St. Omer 1203/04 (antea abb. in Cuissy, postea Praemonstrati	Philippus de Longueval de Mani- camp 1607—10
Joannes 1204/20	Renatus de Longueval 1610—17
Parisius 1222	Ludovicus Belin 1617
Balduinus 1229	Hector de Lette † 1649
Wibertus 1258	Carolus F. des Essarts de Lignières 1649—1719
Henricus 1270	Joannes Ch. de Ségur 1721—48
Petrus 1305/06	Henricus Hachette des Portes 1748—90
Martinus 1338?	Inseri nequeunt:
Joannes 1357	Thomas (11..)
Joannes 1395 ⁵³⁾	Elias 12..
Joannes 1431	Robertus 12..
Joannes 1478	Martinus 12..
Thomas de l'Eglise 1510 ⁵⁴⁾	

⁵³⁾ *Form. Pr.* 145.

⁵⁴⁾ Censemus hoc erronee poni pro „l'Ecluse“. Thomas de l'Ecluse, an. 1513, ex abbatte Sti. Joannis Ambianensis factus est abbas Montis Sti. Martini. Forsan simul erat abbas Viromanduensis.

⁵⁵⁾ VALVEKENS *Chap. Gen. Despr.* 58.

Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

Bartholomaeus 13..
Florentius 13.. 4. X
Joannes d'Aubigny 13.. Necr. Sti.
Joannis Ambian. 29. IX

Nicolaus ibid. 20. X
Aegidius de Biache ibid. 8. VIII^{se})
Willardus Necr. St. Just.

